

Johann Quistorp

Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Quistorpius, D. & Theol. Facult. Senior. Ad Exequias Quas Coniugi suae desideratissimae Elisabethae von der Lippen/ Maritus moestissimus, Dn. Henricus Rahne, I.U.D. & Professor celeberrimus, Hodie in templo Mariano ad horam primam parabit, Omnes Academiae Cives amanter invitat

Rostochii: Kilius, 1542 [i.e. 1642]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770288464>

Druck Freier  Zugang



Qvistorp, J.
in
E. v. d. Lippe,
uxor. H. Rahne.
Rostock. 1642.

37.

PROGRAMMA
QVO
RECTOR
Universitatis Rostochiensis
JOHANNES QVISTOR-
PIUS, D. & Theol. Facult.
Senior.

AD EXEQUIAS
QVAS

Conjugi suæ desideratissimæ

ELISABETHÆ

von der *U. L. P. P. E. N.*

Maritus moestissimus,

DN. HENRICUS RAHNE,

J. U. D. & Professor celeberrimus,

*Hodie in templo Mariano ad horam primam
parabis,*

Omnes Academiae Cives *mahest*
invitat.


☉(O)☉

ROSTOCHII,

Litteris NICOLAI KILII *Scdd. Typog.*

ANNO dō 16 XLII,





Vod de Timanthe
nobili pictore Plinius
& Fabius referunt,
eū, qvum Agamemno-
nis mœrorem ex obitu
Iphigeniæ filiæ conce-
ptum, se coloribus ex-
primere posse diffide-
ret, penicillum abjecisse, & faciem patris velo
involuisse: Idem & mihi jam nunc usu venit,
dum in eo sum, ut dolorem animi, quem ex
obitu conjugis desideratissimæ, Vir Consul-
tissimus & Clarissimus DN. HENRICUS
XVHNE / J. U. D. & Professor Celeberri-
mus, collega meus honorandus, concepit,
delineare tentem: abjicio calamum, silentij si-
pario eū tego. Non diffitebimini sat scio Aca-
demiæ Cives, tantum eum esse, ut id juxta me-
cum sentiatis, præstare, ut de eo sileam, quam
prolixè loquar, cujus vix tenuia lineamenta
facundissimus duceret. Sive enim ejus,
quam

quam amisit vitæ sociæ genus; sive suavem,
per octennium & duos menses in conjugio
cohabitationem; sive tristem mortis violentiâ
factam separationem, consideret, unde
in mœrorem conjiciatur, abundè habet.
Amisit conjugem ex præcipuis parentibus &
majoribus ortam, amisit quinque liberorum
genitricem felicem, eorundemq; eductricem
solicitam; amisit matrem familiâs circum-
spectam; amisit sortis conjugialis sociam pie-
tatis studiosissimam. Dicam planiùs. E-
mortua hæc, Dn. D. RHANII uxor, nata
est hîc Rostochij Anno 1613. quarto Martij ex
parentibus honestissimis, patre Viro Amplif-
simo & Consultissimo DN. CHRISTOPHO-
RO von der LIPPE / J U Doctore Serenif-
simæ Danorû Regiæ Viduæ olim Cancel-
lario, nunc potentissimi eorundem regis
CHRISTIANI QUARTI, quem diutissimè
superesse Deus jubeat, Consiliario gravissi-
mo. Matre MARGARETHA HERMANS,
omnium matrimonialium decore conspiuâ
fœminâ. Avum paternum salutavit HENRI-
CUM von der LIPPE / Proavû BERNHAR-
DUM von der Lippe. Hunc Illustrissimorum
Lippiensium in Westphaliâ comitum, dum

R 2

in.

in vivis erat, Cancellarium, illum Reipubli-
hujus Civem é primis. Maternus ipsi avus
fuit, JOHANNES HERMAN, Civis
apud nos primarius. Abavus NICOLAUS
HERMAN, Senator, dum in vivis esset, ur-
bis hujus prudentissimus. Majoribus & pa-
rentibus his nata *Manuelis* nostra, & ab ijs-
dem piè pudicèq; educta, qvum plenis esset
nubilis annis, qui ejus ambirent nuptias, in-
venti sunt, exambijt eas Vir Consultissimus
& Clarissimus Dn. HENRICUS RHANE,
J. U. D. & Professor eximius, cujus thala-
mum Anno 1634. 5. Februarij ingressa est. An-
tiquitus laneâ & nodissimâ Zonâ cingebatur
sponsa, quam Sponsus difficulter solvebat;
quomodo etiamnum Turcæ ocreis insolu-
bilibus novas nuptas implicant, ut nempe
perpetui vinculi, quo maritati connexi sunt,
recordentur. Apud Galatas insponsali-
bus ex eodem poculo vir & uxor *simul* bibe-
bant, ut indicarent eundem victum & po-
tum, idem velle & nolle constanter copula-
tis commûne esse debere. Quod hi matri-
monia contrahentes ritibus, illud factò ipso
Dn. D. RHANIUS & ELISABETHA
LIPPIA expresserunt. Interim, dum concors

cors colunt conjugium maritali hi, quinque
liberis, MARGARETHA, HINRICO, CA-
THARINA, CHRISTOPHORO & CON-
RADO, domum suam, ex benedictione di-
vinâ, augeri viderunt. Ex quibus MARGA-
RETHA, HENRICUS & CHRISTO-
PHORUS matrem ad cœlestia gaudia præ-
cesserunt. *Quæ* quantisper marito, nunc
viduo mœstissimo convixit, *dux* fidissima
solicitam rei familiaris curam egit; liberis ac
familiæ pietatis se exemplar stitit, à precibus
diutinè operas suas auspicabatur; precibus,
quas rarò sine lacrymis recitabat, cubitum
concessura, easdem claudebat. Per omnem
vitam in pauperes munifica; nemini gravis,
omnibus facilis fuit. *Quid* tibi nunc, vidue
mœstissime, animi esse dicam, quem tot tan-
tisq; bonis non speratus obitus conjugis sua-
vissimæ, ad quem vel ipsa indolentia ingemi-
scat, privavit? feras quod mutare non potes.
Dei manum esse cogita, quæ tibi vulnus hoc
influxit, ejus voluntate ut vinculum inter
vos conjugiale nexum, ita ejusdem voluntate,
quæ non nisi bona, solutum est. Cum Jobo
ingemina: Dominus dedit, Dominus abstulit.
Speraveras eam, quæ ante octodecim dies,

Mensis Martij die vigesimâ octava, prole masculâ domum tuam auxerat, tibi ad multos annos suaviter victuram. Spondere id putabatur laudanda à partu sanitas. Atquam brevi hæc spes de collavit! Vix quatuor à partu dies puerpera numerat, & acutâ feбри corripitur: insomnes ducit noctes: antè laboribus partûs fractæ vires morbi vehementiæ resistere non potuerunt, qui vitæ ipsi finē, octavo die Aprilis circa undecimam Vespertinam, attulit, postquam in his terris annos viginti novem & mensem unum commorata esset. Sed quid dico, morbum conjugii tuæ finem vitæ attulisse; quin potius ad vitam verè vitam eandem perduxit? Quid enim aliud de illâ affirmare habemus, quæ vitâ quam piè sancteqs vixerat, in Salvatore suum certâ fiduciâ clausit: Cui non satis erat quatuor septimanis antè quam à partu corriperetur, in facie Ecclesiæ, fidem suam perceptione corporis & sanguinis Jesu Christi roborare, sed eodem sacratissimo pabulo, biduò ante discessum repetito, patci voluit; Quæ toto morbi tempore, (quod & valida vegetaq; fecerat,) precibus, quas vel ipsa recitabat, vel præeuntibus alijs repetebat, se seriò Deo committebat:


bat: *qua* morti vicina te conjugem suum,
ad se vocavit, tibi benedictionem indivi-
nam precata est: *Qua* filiolarum trienni, solemni
formulâ, *Benedicat tibi Dominus & custodiat*
te; Illuminet Dominus faciem suam super te, &
misereatur tui: Levat dominus faciem super te &
ponat te in pace, benedixit. *Qua* filiolum
ante duodecim dies ex se natum, postquam
ipsi Osculum pepigisset, hoc modo piè affata
est: *Hocine de te, filiole mi, merui, ut me, Cui,*
post Deum vitam debes, vitâ exures? At absit,
ut te incusem, Deus est, in cujus manibus sunt
sortes nostra, illi visum fuit, me hinc ad vitam
meliozem evocare. Hujus me voluntati lubens
submitto. Illi te, qui meus es Benjamin, com-
mendo, is vices meas suppleat, paternè te foveat, &
in spem generis, multorum commodum, suamq;
gloriam succrescere sinat. Pii hi sermones, pij hi
actus, qui vix quadrihorij spatio emigratio-
nem ex hâc vitâ antecesserunt, jubent nos in-
trepidè id affirmare, Mangetur nostram, sanctâ
exodo domum luteam cum æthereâ, exili-
um cum patriâ, morbos cum sanitate, mor-
tem cum vitâ, mundi mærores cum gaudijs
Cælestibus permutâsse Hujus Matronæ nunc
beatissimæ corporis exuviæ, hodie horâ pri-
mâ in

mâ in Templo Mariano terræ matri commic-
tentur; ut omnes Academiae Cives frequen-
tes adsint, supremum hunc funeris hono-
rem ipsi exhibeant, amicè rogo & hor-
tor. P. R. 14. April. An-
no 1642.



bat: *qua* morti vicina t
 ad se vocavit, tibi ben
 nam precata est: *Qua* filie
 formulâ, *Benedicat tibi D*
te; Illuminet Dominus faci
*mifreatur tui: Lev*et domin
 ponat te in pace, benedixi
 ante duodecim dies ex se
 ipsi Osculum pepigisset, h
 est: *Hoc*ine de te, *filiole m*
 post Deum vitam debes, vit
 ut te incusem, Deus est, in
 sortes nostra, illi visam fuit,
 meliorem evocare. *Hujus* r
 submitto. Illi te, qui meus
 mendo, is vices meas suppleat,
 in spem generis, multorum
 gloriam succrescere sinat. Pi
 actus, qui vix quadrihori
 nem ex hâc vitâ antecesser
 trepidè id affirmare, *Marg*e
 exodo domum luteam cu
 um cum patriâ, morbos c
 tem cum vitâ, mundi ma
 Cælestibus permutâsse Hu
 beatissimæ corporis exuvi

m suum,
 m indivi
 solemni
 custodiat
 per te, &
 super te &
 filiolum
 ostquam
 piè affata
 t me, Cui,
 At absit,
 bus sunt
 d vitam
 ti lubens
 in, com
 oveat, &
 , suamq;
 nes, pij hi
 nigratio
 nt nos in
 n, sanctâ
 â, exili
 te, mor
 gaudijs
 nâ nunc
 orâ pri
 mâ in



the scale towards document